

ezen emlékei ezentúl hírnökei leendnek multunk dicsőségének; hirdetni fogják, hogy volt idő, a mikor hazánk nyugoti Európa leghatalmasabb országainak műveltségi színvonalát részint elérte, részint túlszárnyalta.

(A codexek ismertetése a következő füzetben.)

## A PÁLOSOK IRODALMI MUNKÁSSÁGA A XIV—XVIII. SZÁZADBAN.

— Egy XVIII. századbéli könyvészeti kimutatás nyomán —  
közli: **Vincze Gábor.**

A pálosoknak a magyar országos levéltár kincstári osztályában őrzött rendezetlen iratait átkutatván, azok között egy kéziratot találtam, mely irodalomtörténeti, könyvészeti szempontból figyelmet érdemel.

E kézirat egy könyvjegyzéket tartalmaz, melyet a Pálosrend egyik, tagja a saját rendjéhez tartozó írókról és műveikről a XVIII. század közepén, úgy látszik, 1755-ben készített. Többi eddig ismeretlen íróval, és ismert íróinknak több ismeretlen munkájával gyarapítja ez irodalomtörténetünket.

A könyvjegyzék három részből áll. Az első rész »*Authores et scriptores ex ordine s. Pauli primi eremitaie, qui aliqua doctrinae aut pietatis monumenta scriptis ediderunt iam impressa, ordine alphabetico positi*« felíráttal 163 folyó szám alatt a pálosoknak nyomtatott munkáit sorolja elő. — A második rész »*Ex congregatione Paulino-portugallica*« czímmel a 164—171. f. szám alatt nyolcz munkát tartalmaz, melyek, úgy látszik, a XVIII-dik század közepéből valók, de, mint a felírat is mutatja, reánk érdekkel nem bírnak. Ellenben a lengyel származású pálos-írókat nem mellőztük. Végre a harmadik résznek »*Sequuntur scriptores et libri, qui nondum lucem publicam conspexerunt ob defectum benefactorum, dignissimi tamen sunt, ut velocius producerentur*« czíme van s ez a kéziratokat sorolja fel.

A könyvjegyzék készítője az írókat keresztnevük betűrendje szerint közli. Én e sorrendet csak a használhatóság és érdekesség

rovására tarthattam volna meg; miért is az írókat évszázadok szerint, időrendben csoportosítottam, s ekként, a második részben felsorolt nyolcz munkának mellőzésével, az egész jegyzéket közlöm, előre bocsátván egy kimutatást, mely szerint ezen könyvjegyzék tartalmazza <sup>1)</sup>):

a XIV.	századból	1 írónak	1 munkáját	
» XV.	»	9 »	14 »	
» XVI.	»	11 »	24 »	
» XVII.	»	35 »	73 »	
» XVIII. <sup>2)</sup>	»	57 »	110 »	

összesen 113 írónak 222 munkáját,  
melyből 59 kézirat és 163 nyomtatvány.

#### XIV. s z á z a d.

1. *Petrus Chanadinus*. Prior generalis. Conscriptit ad annum 1383. librum asceticum sub titulo: *Dieta salutis, qui servatur in bibliotheca Remetensi.* (Kézirat.)

#### XV. s z á z a d.

2. *Briccius*. Juris canonum magister. Plura conscripsit opera. Vide *Annalium* 1. ad annum 1444. et p. Orosz. (Kézirat.)

3. *Ladislauus Báthory*. Hungarus. Floruit anno 1457. *Sacram Bibliam* et plures sanctorum historias in hungaricum idioma transtulit. Ex *Annalibus* pag. 220. et *Gyöngyessino* <sup>3)</sup> ad annum 1457. (Kézirat.)

4. *Michael Pannonius*. Academicus Parisiensis et doctor theologiae. Floruit 1459. Edidit plura opuscula erudita:

a) *De immaculata conceptione Beatae Mariae Virginis.* (Kézirat.)

b) *De Spiritu sancto.* (Kézirat)

c) *De operibus eremitarum.* (Kézirat.)

<sup>1)</sup> Megjegyezvén, hogy a könyvjegyzék készítőjének azon adatait, melyek szerint az némely írónak »több« meg nem nevezett munkát tulajdonít, figyelembe nem vehettem.

<sup>2)</sup> 1755-ig.

<sup>3)</sup> Ezen Gyöngyösiről, kinek kézirati munkáját a jegyzék készítője felhasználta és gyakran idézi, lásd a 16. számot.

d) Varios sermones, praecipue ad capitula generalia spectantes. (Kézirat.)

Ex Gyöngyessino ad annum 1459; et Annal. pag. 210.

5. C l e m e n s F a c u n d u s. Praedicator, postea prior Romanus. Floruit circa annum 1470. Plures sermones suo labore comportavit, et subinde Romam abstulit. Ex Gyöngyessino ad annum 1471. et p. Orosz. (Kézirat.)

6. A n t o n i u s d e T a t a. Praedicator ad S. Laurentium. Floruit circa annum 1474. Compillavit Vetus Missale ac Breviarium proprium ordinis s. Pauli primi cremitae, — ut refertur in Annalibus vol. 1. pag. 241. — Breviarium impressum est anno 1540. typis Venetis Petri Liechtenstein Coloniensis. Habetur Lepoglavae.

7. S t a n i s l a u s. Polonus, prior coenobii de Gvozd in Illyrico, qui Floruit ad annum 1476. Ex Annalibus. — Exposuit Regulam, Constitutiones et Sermones s. p. Augustini ad fratres dictos, suis religiosis in eorum lingua illyrica. Ex Gyöngyessino ad annum 1475. (Kézirat.)

8. T h o m a s d e S a b a r i a. Bis electus prior generalis. Obiit anno 1486. Conscriptit :

a) Plura opuscula ex dictis sanctorum Patrum. (Kézirat.)

b) Sermones per plures: Expositionem regulae; Tractatum de recognitione professionis; et Exhortationes pro visitoribus. (Kézirat.)

Secundum Gyöngyessinum ad annum 1476. Item vide Orosz.

9. J a c o b u s d e S z e g e t o. Vicarius provincialis ultra Danubium. Floruit ad annum 1479. Conscriptit :

a) Sermones in dominicas et festa. Ex Annalibus, pag. 244. (Kézirat.)

b) Expositionem Psalterii. Ex Gyöngyessino. cap. 63. (Kézirat.)

10. J o a n n e s P o s o n i e n s i s. Hungarus, concionator laudatus. Floruit ad annum 1488. — Ex R. Patre Laurentio Chrysogono S. Jes. in Mundo Mariano tom. 1. discursu. 20. Nr. 43., et Eggeter in Annalibus pag. 172.

Composuit Sermones de immaculata conceptione Beatae Mariae Virginis. Eiusdem libellum manuscriptum in bibliotheca monasterii Thallensis repertum testatur P. Pongrácz in Triumpho Pauli cap. 12. pag. 52. (Kézirat.)

XVI. század.

11. **V a l e n t i n u s.** In coenobio S. Laurentii olim praedicator. Floruit ad annum 1500. Conscripsit sub nomine Catalogi librorum de miraculis copiosis, intercessione s. p. Pauli primi eremitaе, ad eius sacrum corpus in coenobio Laurentiano penes Budam repositum patris; — qui typis editus est Cracoviae anno Christi 1507., ut narrant Annales ordinis vol. 1. lib. 2. cap. 15. pag. 163.

12. **M a r c u s D o m b r e n s i s.** Slavus. Floruit anno 1507. Obiit circa 1510.

a) Primus scripsit Chronicon ordinis. Ex Annalibus pag. 266.

b) Collegit Privilegia et gesta monasteriorum.

13. **S t e p h a n u s d e L o r a n d h a z a.** Prior generalis. Obiit anno 1512. Scripsit Continuationem miraculorum s. patris Pauli primi eremitaе. Ex Gyöngyessino cap. 75. (Kézirat.)

14. **A l b e r t u s C h a n a d i n u s.** Hungarus. Floruit ad annum 1515. Concinnavit

a) Plures sermones in laudem s. Pauli primi eremitaе. (Kézirat.)

b) Eiusdem s. Patris vitam carmine heroico; unde eiusdem videntur esse versus illi heroici de vita s. p. Pauli, qui in veteri ordinis breviario ad 14. Novembris distributi sunt intra officium matutinale. (Kézirat.)

c) Seriem passionis Dominicæ stylo rythmico et idiomate hungarico. (Kézirat.)

Ex Gyöngyessino ad annum 1515.

15. **S t e p h a n u s B a t t i s.** Polonus Cracoviensis. Floruit ad annum 1523. Edidit:

a) Elegiaco et saphico carmine Vitam s. patris Pauli.

*b*) De Beata Virgine Maria, De s. Rege Stephano, De primitivis sanctis patribus ac de quolibet sancto in speciali per annum opuscula.

*c*) Tractatum devotum de Beata Maria Virgine sub titulo: Rosarium coeleste.

*d*) Totum Psalterium in laudem eiusdem Gloriosae Virginis coaptavit.

Ex Gyöngyessino ad annum 1516.

16. Gregorius Gyöngyessinus. Hungarus, et ordinis prior generalis. Floruit ad annum 1528. Scripsit:

*a*) Commentaria in antiquas ordinis constitutiones, impressa Romae per Antonium de Bladis. Ita Annalium libro 2. cap. 37. pag. 295. Idem insinuatur Rubrica 45., et quamvis non ponatur annus, videntur tamen eae Deliberationes seu Commentaria impressa circa annum 1520. vel sequent., non vero ante, nam in iis reperitur ultimum capitulum anni 1516. citatum Rubrica 3. Unde probabiliter, dum Romae fuit Gyöngyessinus anno 1520. impressa sunt. Habentur Lepoglavae.

*b*) Chronicon ordinis typo quidem non editum, sed pluries transcriptum. Eius duo exemplaria habentur Lepoglavae, et unum in M. Thall. Conscripsit illud Gyöngyessinus anno 1525., ut fateatur ipse cap. 62. de incidente. (Kézirat.)

*c*) Brevilogia de profectibus et defectibus religiosorum, dedicata P. Stephano generali, pro tunc concionator existens. Annus nescitur.

*d*) Directorium fratrum officialium ordinis, dum erat prior Romae in Monte Coelio, dedicatum Bernardo episcopo Sabinensi et Cardinali s. Crucis.

*e*) Sermones de s. patre nostro Paulo. Ex Annalibus pag. 295.

17. Casparus Pesthiensis. Hungarus. Floruit ad annum 1530. Edidit:

*a*) Sermones exhortatorios ad viros religiosos, impressos Cracoviae 1531. Ubi quidem non adiungitur author, sed adscriptum est compositos esse per fratrem Casparum de Pesth, ordinis s. Pauli primi cremitae professum.

*b*) Opusculum sub titulo: Compendium Directorii in visitatione fratrum impressum Cracoviae anno 1532. Hoc in opusculo

Directorii sub finem etiam typo adiectum est, quod concinnatum sit per manus fratris Caspari de Pesth. Habetur Lepoglavae.

Fuit vicarius generalis anno 1522. ut habetur Gyöngyessinus in archivo ordinis asservatus pag. 152.

18. Blasius. Collega patris Gregorii Syrmiensis, visitatoris fratrum Polonorum. Edidit Salutare Paraeneses de epistolis et evangeliis per annum occurrentibus typis Cracoviensibus anno 1536. quas dedicavit Reverendissimo Patri Casparo Pesthiensi, vicario fratrum ordinis s. Pauli primi eremitae in Transsylvania. Habetur Lepoglavae.

19. Joannes de Zalonkemen. Ordinis prior generalis. Edidit librum complectentem Rubricas de officio divino iuxta veterem ordinis usum per totum annum ordinando, impressum Cracoviae 1536. Ubi idem pater scribitur fuisse generalis, et in Praefatione ad lectorem nominatur: Sanctissimus quondam senex; adeoque iam tunc fuit mortuus. Habetur Lepoglavae.

20. Gregorius Coelius Pannonius. Prior coenobii Romane ad s. Stephanum in Monte Coelio. Floruit ad annum 1546. Conscripsit:

a) Explanationem regulae s. patris Augustini saepius editam. Habetur Lepoglavae.

b) Commentarios eximios in Cantica Cantorum. Habetur Lepoglavae.

c) Collectanea in Apocalypsim, impressa primo Venetiis anno 1547. per caliographum Petrum Lichtenstein. Habetur Lepoglavae. Dein Tyrnaviae anno 1682. Etiam habetur Lepoglavae.

21. Martinus Briglevich. Floruit circa annum 1559. ut notatur in libello Gyöngyessini, asservato in M. Thall. Composuit artificiosum poema, quo vitam s. patris Pauli versibus heroicis, quorum singulae voces a littera P. incipiunt, decantat Typis illud excusum non videtur, sed descriptum habetur Lepoglavae in quodam libro Instrumentorum litteralium, et in libro sub littera K. N<sup>o</sup> CCXXXIII. (Kézirat.)

## XVII. és XVIII. század.

22. *Joannes Vilkoviecko*. Polonus. Obiit anno 1601. Vielunii. Ex Notatis patris Borkovichii. Edidit Flores sermonum, id est Homilias in evangelia dominicalia, praeter minora alia opuscula. Ex Annalibus pag. 324., ex et Notatis p. Borkovich.

23. *Andreas Zimicius*. Polonus. Floruit ad annum 1618. et Historiam Beatae Mariae Virginis Claromontanae succinctam contexuit anno 1618., ut refert P. Niesporkovich in Analectis, eorumque Proëmio §. 15.

24. *Casparus Bidrzikovski*. Polonus. S. Th. D. Obiit Glagoviae anno 1630. 10. Maii. Edidit:

a) Mariologiam, sive pias conclusiones de Beata Maria Virgine ex eius Angelica Salutatione depromptas et theologice propugnatas anno 1626. typisque Cracoviensibus impressas.

b) Libellum sub titulo: Officia Angelorum erga homines et hominum erga angelos; impressum Cracoviae 1628.

24. *Nicolaus Wilkoviecko*. Polonus. Floruit circa annum 1630.

a) Historiam Beatae Mariae Virginis Czestochoviensis polonico idiomate summarie scripsit, ut refert P. Niesporkovich in Analectis, Proëmiü § 15. parte 1. N<sup>o</sup> 12.

b) Aliqua de vita s. Stanislai episcopi et martyris scripsit, ut illum citat P. Bartholomaeus Jolarevius in eiusdem sancti vita pag. 16.

26. *Paulinus Klodavski*. Polonus. S. Th. D. et Poloniae aliquando provincialis. Obiit 1651. Cracoviae, die 26. Augusti. Concinnavit Epitomen historiae ordinis s. patris Pauli primi eremitaе anno 1635., quae dein Romae impressa est 1639.

27. *Andreas Goldonovski*. Polonus, et eiusdem provinciae aliquando provincialis. Obiit anno 1660. die 27. Septembris in Claro Monte Czestochoviensi. Edidit:

a) Historiam Beatae Virginis Mariae Czestochoviensis, sub titulo: Diva Claromontana, seu imaginis eius origo, translatio, miracula, — impressam Cracoviae anno Domini 1642. Habetur Lepoglavae.

- b) *Miraculorum Divae Brdoviensis synopsis.*<sup>1)</sup>
- c) *Vitas sanctorum Philippi Neri et Isidori Agricolae.*<sup>1)</sup>
- d) *Instructionem vitae christianae traducendae.*<sup>1)</sup>
- e) *Librum de Angelis.*<sup>1)</sup>

28. *Gregorius Teretius*. Polonus et eius provinciae aliquando definator. Obiit 1660. 30. Maii in Claromonte Czest. Edidit:

a) *Arma lucis contra opera tenebrarum, excusa typis Var-saviensibus anno 1647.*

b) *Directorium vitae spiritualis, impressum in Claromonte 1649. Habetur Lepoglavae.*

c) *Instructionem idiotae in foro poenitentiae, impressam Cracoviae anno 1655. et dein Zagrabiae. Habetur Lepoglavae.*

29. *Joannes Jaskai*. Floruit ad annum 1650. Obiit 24. Februarii anno 1662. in M. Thall. Edidit typis Vienensibus anno 1653. libellum sub titulo: *Cygnea in vita et in morte gementium peccatorum. Ode ad s. Paulum primum eremitam, cum aliis piis ad Deum orationibus.*

30. *Dionysius Lobzinski*. Polonus, et provinciae definator. Obiit anno 1654. 22. Novembris in Claro Monte Czest. Conscripsit.

a) *Opusculum sub titulo: Triumphus Mariae, ubi agit de translatione s. iconis Czestochoviensis. Eiusque meminit. P. Niespor-kovich in Analectis partis 3. N<sup>o</sup> 10.*

b) *Bachanal cruditum, seu amoena epigrammata de insolentiis Bacchantium, editum Viennae 1654.*

c) *Domicilium aeternaturae gloriae. Apud citatum Niespor-kovich in Proëmio N<sup>o</sup> 16.*

d) *Decadem Lytaniarum Beatae Mariae Virginis, Psalterium Deiperæ per ferias distinctum, sertum flosculis 50 mysticis gratiosum monile ex rosis mysticis, velut aureum virtutum gemmis ornatum, aliaque plura Devotæ mentis in sanctissima Virgine obsequia uno in opusculo impressa Cracoviae et reimpressa in Claro Monte Czest. anno 1693.*

<sup>1)</sup> De his memorat 2. volumen Annalium.

e) Areolam epigrammatum elogiis coelestium geniorum distinctam.

f) Epitomes varias de bello a Polonis contra Cozaccos gesto in anno 1648. et 1649.

31. Augustinus Kordecki. Ter provincialis Poloniae. Obiit anno 1673. 5. Marcii Vieruszovii. Conscripsit Novam Gigantomachiam, seu Descriptionem obsidionis et oppugnationis coenobii Beatae Mariae Virginis Claromontanae per 12 Svecorum millia factae; quae typis Cracoviensibus primo edita est anno 1637. Habetur Lepoglavae.

32. Ferdinandus Grieskircher. Austriacus Vienen-  
sis. Obiit in monasterio Thallensi anno 1661. 28. Martii. Composuit.

a) Librum de origine et prodigiosis gratiis Thaumaturgae Thallensis, typis Viennensibus edita 1661. Habetur Lepoglavae.

b) Librum, quo vir religiosus sub schemate amoris a Platone descripti adumbratur. (Kézirat.)

c) Opuscula duo de aeternitate et De inferno. (Kézirat.)

Ex Annuis Lepoglavensibus ad annum 1696. vel 1676.

33. Andreas Eggerer. Styrus Graccensis. Obiit anno 1672., ut prior Ulimiensis die 24. Aprilis in arce Wizell. Edidit:

a) Primum volumen Annalium ordinis s. Pauli primi eremitaе, sub titulo: Fragmen panis, impressum Viennae 1663. Habetur Lepoglavae.

b) Historiam Beatae Virginis Mariae Remetensis sub titulo: Thermacopaea Coelestis, impressum Graecii anno 1672. Habetur Lepoglavae.

c) Orationem funebrem, habitam in exequiis Illustrissimi Domini Joannis Petheö Liberi Baronis de Gerse etc. editam typis Graccensibus anno 1672. Habetur Lepoglavae.

d) Anathema Marianum, complectens sermones bis novem de Beata Maria Virgine, quod opus posthumum impressum est Graecii 1673. Habetur Lepoglavae.

34. Joannes Beloszteneecz. Croatus et quondam ter provincialis Istriae. Obiit Lepoglavae anno 1675. 10. Februarii. Conscripsit

a) Varia poemata idiomate croatico de s. Paulo primo eremita, impressa Graecii anno 1665. Inter quae prima melodia sub

titulo: Boghumila concinnata 113. versibus quadrimetris iuxta numerum vitae s. patris Pauli, eiusdem pangit gloriosum vitae cursum; alii autem hymni sunt 12. de eodem s. Patre. Habetur Lepoglavae.

b) Conciones 10. de Sanctissimo Corpore Christi, idiomate illyrico, typo excusas (tacito suo nomine); de quibus meminit Album Lepoglavense anno 1672.

c) Gazophylacium lingvae illyricae, sive Dictionarium illyries-latinum, et latino-illyricum, impressum typis Zagrabiensibus anno 1740. Habetur Lepoglavae.

35. Anonymus quidam concinnavit egregium poëma de s. Paulo primo eremita, in quo heroicis 518. versibus canit vitam eiusdem s. Patriarchae; editum vero est typis Vienensibus anno 1666; dedicatum Reverendissimo patri Paulo Ivanovich generali.

36. Albinus Konchicki. Polonus. Continuationem Annalium ecclesiasticorum Abrahami Bzovy in plures annos conscripsit. Obiit 1667. 20. Aprilis in Claro Monte Czest. Vide vol. 2. Annalium. (Kézirat.)

37. Franciscus Mlinetius. Moraviis et prior Crumloviensis ad annum 1669. Edidit libellum mole parvum, sed pietate copiosum sub titulo: Duplex clavis aurea, frequenter variis in locis impressum.

38. Carolus Traffarovius. Polonus. Canonum doctor. Obiit 1669. Conscripsit:

a) Polyantheam. (Kézirat.)

b) Concionum elaboratarum volumen, de quibus testatur P. Chelst. ad annum 1669., sed nondum edita sunt. De iisdem vide vol. 2. Annalium ad annum citatum, et Patrem Orosz Kézirat.)

39. Sebastianus Staviccki. Polonus et provinciae vicarius. Obiit 1670. Varsoviae, 25. Decembris. Praelo dedit plures conciones funebres in exequiis personarum illustrium habitas; de quibus ex patre Chelstokovska memoratur in 2. volumine Annalium ad annum 1670.

40. Joannes Vanoviczy. Hungarus. Ordinis secretarius et procurator generalis.

a) Conscriptit Brevem relationem de Diva Czestochoviensi cum vita s. patris Pauli et origine residentiae Romanae, idiomate italico, impressam Romae 1671.

b) Edi curavit Annum meditationum cordis in tres partes divisum, uti et Annum Marianum etc. alio auctore scriptum, ut fatetur ipsemet in Praefatione, auctore haud invito.

41. Kery Joannes. Hungarus. S. Th. D. Generalis ordinis, deinde episcopus. Obiit 1685. 3 Martii. Edidit

a) Historiam sub titulo: Martis Turcici ferrocia anno 1663. et 1664. in Hungariae viscera irruens, binis libris comprehensa. In lucem data Posonii, 1672.

b) Universam Philosophiam:

aa) Logicam.

bb) Physicam.

cc) Metaphysicam tribus tomis Posonii impressam anno 1673., ubi etiam mortuus, et in Thall sepultus. Dedicata sunt opera Illustrissimo et Reverendissimo Praesuli Zagrabiensi Martino Borokovich, Habetur Lepoglavae in tribus tomis.

c) Panegyres et Orationes varias, ut sunt: 1. Regentis Imago, quae oratio habita fuit in capitulo electivo generali anno 1669. — 2. Virtus port fata superstes. Oratio funebris in exequiis comitis Georgii Erdódi. — 3. Aristoteles Magnus orbis Philosophus. Oratio habita in promotione Doctorum Philosophiae. — 4. Theatrum Sapientiae. Oratio habita mi graduatione Doctorum Theologiae anno 1674. in Thall. 5. Oratio funebris ad exequias comitis Nicolai a Zrinio. 6. Lugubris Panegyricus in exequiis Petri Keglevich. 7. Piis manibus Evae Lippajanae adornata laudatia. — Hae Panegyres editae typis Vienensibus 1675. Habentur Lepoglavae.

d) Decreta Pontificia apud regulares legenda cum eruditis dubitationibus et resolutionibus, impressa Viennae, et iterum in Claro Monte Czest, anno 1694.

42. Stanislaus Wesolovski. Polonus. Obiit Glogoviae anno 1673. 14. Junii. Compilavit Beneficia et gratias Beatissimae Virginis Glogoviensis, ut refert pater Niesporkovich in Analectis partis 4. cap. 1. No. 1.

43. **Benedictus Leopoldt**. Germanus. Floruit ad annum 1680. Conscripsit idiomate germanico Synopticam ordinis s. Pauli primi eremite historiam sub titulo: Epitome originis et progressus sacri ordinis divi Pauli primi eremite, Viennae approbatam et impressum anno 1680. Meminit in eodem se eam scripsisse cap. 12. §. 9.

44. **Ambrosius Niesporkovich**. Polonus. S. Th. D. Obiit anno 1703. Edidit.

a) Historiam et miracula Divae Claromontanae sub titulo: Analecta mensae Reginalis, typis Cracoviensibus anno 1681. Habetur Lepoglavae.

b) Triumphales coronas sanctorum Honorati et Candidae, dum eorum sacra Lypsana in Clarum Montem inducerentur, impressas Cracoviae 1682.

c) Officinam emblematum Marianorum, quae complectitur aliquas centurias, impressam anno 1691. Typis Cracoviensibus. Habetur Lepoglavae.

d) Fragmentum cogitationum, seu decem centurias anagrammatum ex initialibus verbis Salutationis Angelicae; quod opus editum est anno 1701.

e) Panegyricum in nuptialibus solemnibus regis Michaelis. Ex Annalibus ad annum 1670.

f) Panegyricum in solemnibus ingressu ad episcopatum Cracoviensem Alberti Donhoff. 1701.

45. **Ferdinandus Meislseder**. Austriacus Passaviensis. Obiit anno 1721. 25. Februarii Kimpergae. Concinnavit Desertum asceticum, seu librum decem dierum exercitiorum, impressum Viennae 1683. Habetur Lepoglavae.

46. **Joannes Portenperger**. Croatus. Pium libellum Manualis fratrum laicorum e latino in germanicum idioma translulit, adiectis variis devotis precibus. Obiit Romae 1684.

47. **Martinus Borkovich**. Croatus. Episcopus Zagrabiensis et archiepiscopus Colochensis. Obiit 1687. 31. Octobris, Zagrabiæ. Edidit: Acta synodorum Zagrabiensium, sui proesulatus tempore celebratarum, quae exstant apud P. Carolum Péterfi tom. 2. Conciliorum Hungariae; et habentur Lepoglavae.

48. *Emericus Nagy*. Hungarus. S. Th. D. Aliquando vicarius generalis. Obiit 1688. 22. Augusti, Papae. Hic libellum de sacris decem dierum spiritualibus exercitiis concinnavit, nondum typis vulgatum. (Kézirat.)

49. *Adamus Kollecsani*. Hungarus. S. Th. D., et aliquando defnitor generalis, qui obiit anno Christi 1699. in coenobio M. Thallensi. Composuit:

a) *Panegyrim de s. Wenceslao*, idiomate bohémico, impressam Pragae, 1688, et dicatam comiti a Sternberg.

b) *Manuale asceticum pro instructione fratrum laicorum*; quod in germanicum idioma convertit P. Joannes Portenperger, et impressum est Labaci, anno 1698. Habetur Lepoglavae.

c) *Parnassi sacratoris affectus, seu varia poemata et epigrammata sacra de Christo, Beatissima Virgine et sanctis*, edita 1698. Zagrabiae. Habetur Lepoglavae.

50. *Ladislavus Landor*. Hungarus. S. Th. D., et defnitor generalis. Obiit anno 1704. Martyrium v. p. Georgii Csepelley sub titulo: *Ovis in medio luporum etc.* descripsit et typis Vienensibus edidit 1691. Habetur Lepoglavae.

51. *Leopoldus Feiczinger*. Austriacus Neostadiensis. Obiit Lepoglavae anno 1692. 15. Junii. Conscripsit:

a) *Myropolaeum Spirituale, seu librum exquisitas sacras benedictiones atque exorcismos continentem.* (Kézirat.)

b) *Sacram Phylomelam, quae complectitur Selectas sacras cantiones ad usum chori.* (Kézirat.)

52. *Bartholomaeus Sotarevius*. S. Th. D. Polonus, et eius provinciae saepius defnitor. Obiit 1713. Edidit:

a) *Vitam et martyrium s. Stanislai episcopi et martyris sub titulo: Byssus et purpura, typis Claromontanis Czest. editam 1693.* Habetur Lepoglavae.

b) *Sermones Claustrales anno 1694. typis Claromontanis Czest. Habetur Lepoglavae.*

53. *Casparus Malechich*. Croatus Varasdiensis S. Th. D., et ordinis generalis. Obiit 1702. die 17. Septembris Varasdini, sepultus Lepoglavae. Composuit:

a) Samaritanum, seu methodum procedendi in iudiciis regularium, impressum Viennae anno 1693. Habetur Lepoglavae.

b) Quadripartitum Regularium, complectens varia ordinis privilegia cum eruditis expositionibus, quod posthume editum est Viennae, anno 1708. Habetur Lepoglavae.

c) Libellum asceticum pro sacris decemdiatribus exercitiis, qui tamen ad typum non venit. Testatur de eo P. Kristolovecz in Historia separationis provinciarum per eundem continuata. (Kézirat.)

54. Arnolphus Sternievicz. Polonus, qui obiit anno 1710. Edidit Panegyrim de s. Casimiro sub titulo: Casus miri etc. dicatam Carolo Cardinali Barberinio, et impressam Romae 1696.

55. Ferdinandus Kienczl. Hungaro-germanus Né-kensis. S. Th. D. Obiit 1708. 8. Junii in conventu Neostadiensi. Edidit Epitome quaestionum selectiorum de iuribus ordinarii et exemptorum, typis Neostadiensibus anno 1699. et dicavit episcopo Neostadiensi suo nomine.

56. Petrus Bolla. Hungarus Jauriensis. Ordinis procurator generalis. Obiit 1700. Romae. Manuductionem ad coelum Cardinalis Joannis Bona, stylo elegiacó concinnavit et edidit typis Romanis. Item varia Epigrammata de s. p. Paulo primo eremita.

57. Emericus Ezerhazy. Hungarus. Subinde ordinis generalis, tandem archiepiscopus Strigoniensis. Obiit 1745. 6. Decembris Posonii, ibidem sepultus in sacello s. Joannis Eleemosinarii ecclesiae s. Martini.

a) Eximiam orationem concinnavit in laudem monasterii Lepoglavensis, dum eiusdem foundationis tertium saeculum celebraretur anno Domini 1700., quae ibidem manuscripta servatur, inserta albo. (Kézirat.)

b) Orationem habuit ad Electores tempore primi Capituli electivi provincialis provinciae Croaticae anno 1701. Item exhortationes multas et praeclaras in functionibus officii sui conscripsit. (Kézirat.)

c) Edidit Vitam s. Joannis Eleemosinarii a Leontio episcopo dudum scriptam, novo typo et quadruplici idiomate, scilicet la-

tino, germanico, hungarico et slavonico. Habetur Lepoglavae. Praefixa his luculenta de sanctorum cultu paraenesi. Impressum Posonii 1732.

a) Confraternitatem eiusdem s. Joannis Eleemosinarii instituit et regulas pro eadem edidit anno 1732.

58. Joannes Kristolovecz. Croatus Varasdiensis. Ordinis generalis. S. Th. D. Obiit 1730. Edidit:

a) Panegyricon Historiale Domus Austriacae, typis vulgatum Zagrabiensibus anno 1703. Habetur Lepoglavae.

b) Brevem relationem translationis corporis s. Pauli primi eremitaе, et de origine ordinis, idiomate italico, impressam Romae, anno 1702. Habetur Lepoglavae.

c) Vitam sanctarum Marthae et Magdalenae, idiomate croatico, tacito nomine auctoris, impressam Viennae 1718. Habetur Lepoglavae.

d) In idioma croaticum vertit et edidit Thomae Kempensis piissimos De imitatione Christi libellos, typis Vienensibus anno Christi 1710. Habetur Lepoglavae.

59. Michael Kristoffich. Illyricus. S. Th. D. Obiit Lepoglavae anno 1704. Conscripsit:

a) Conciones in Dominicas per annum. (Kézirat.)

b) Conciones in festa Beatae Mariae Virginis et Sanctorum. (Kézirat.)

60. Chrysostomus Adamovich. Polonus; provinciae definitor. Obiit 1652. 2. octobris Pinczoviae. Composuit:

a) Meditationes in singulos dies per annum sub titulo: Pabulum animae, impressas in Claro Monte Czest. 1706. Habetur Lepoglavae.

b) Abcedarium religiosae perfectionis, editum typis Claramontanis Czest. anno 1720. Habetur Lepoglavae.

61. Josephus Mayr. Ordinis s. Pauli primi eremitaе professor: postea abbas s. Andreae de Saar et parochus Rabenspurgi. Floruit ad annum 1709. Edidit typis Vienensibus:

a) Librum sub titulo: Simplex duplicitas et duplex simplicitas, chronographice deducta etc., Josepho Romanorum Imperatori dedicata anno 1707.

b) Anno 1709. in folio, librum sub titulo: Vortrefflich hochadeliches Contrafée etc., id est Historia genealogica familiae principum et comitum de Lamberg.

c) Panegyrim funebrem in exequiis Principis Maximiliani a Lichtenstein anno 1709. sub titulo: In tenebris lux ardens. Germanice.

62. Petrus Tallian. Hungarus. S. Th. D. Celebris suo tempore concionator. Obiit ad annum 1709. Reliquit opus Concionum typis edendum, ut scribit P. Kristolovecz in Notationibus de vitis fratrum. (Kézirat.)

63. Dionysius Chelstovski. Polonus. S. Th. D., et vicarius provinciae. Obiit 1719. Concinnavit:

a) Scrutinium vitae intaminatae Beatae Virginis Mariae, complectens 23. elogia in varia festa Beatissimae Virginis et aliquot de Diva Claromontana, editum 1710.

b) Epitaphia Divi martyris Stanislai episcopi Cracoviensis N<sup>o</sup> 14. cum aliis quibusdam adiunctis, impressa typis Claromontanis Czest. 1713.

c) Panegyricum neocoronatae Divae Czestochoviensis sub titulo: Maiestas Divae Claromontanae, impressum in Claro Monte Czest. 1717.

64. Anonymus quidam concinnavit Panegyricon sub titulo: Nidus aquilarum metropolis Gnesna. Celsissimo Stanislao Szembek Archiepiscopo Gnesnensi dicatum a Claro Monte Czest. anno 1711.

65. Ladislaus Simandi. Croatus. Obiit Lepoglavae anno 1715. 24. Maii. Opus poeticum de laudibus s. p. Pauli primi eremite sub titulo: Corvus albus, nova Musa, concinnavit, in quo raris et iucundis figuris eiusdem s. Patris encomia celebrat, impressum typis Claromontanis Czest. 1712. Habetur Lepoglavae.

66. Rudolphus Pollacz. Polonus. Obiit Czestochoviae 1717. Edidit pium libellum, cui titulus: Manuale pietatis, saepius reimpressum typis Claromontanis Czest.

67. Wolfgangus Wolff S. Th. D. Austriacus Passaviensis. Obiit 1717 in Maria Trost. 7. Maii.

a) Edidit, qua concionator monasterii Crumloviensis libellum De confraternitate sanctorum Sebastiani, Rochi et Rosaliae contra pestem patronorum.

b) Composuit eruditum libellum Atpologeticum pro domicilio Mariae Trostensis, advertus quosdam impugnatores. (Kézirat.)

68. Angelus Ignatius Gorzinski. Polonus. Obiit 1730. 25. Februarii in Zduni. Edidit Conciones in festa Sanctorum per annum, idiomate polonico, sub titulo: Novi Oglos, typis Claromontanis Czest. anno 1717. Habetur Lepoglavae.

69. Remigius Scislovski. Polonus. S. Th. D. Obiit anno 1729. 24. Augusti Cracoviae. Concinnavit Panegyricon sub titulo: Homagium Augustissimae Coelorum Reginae, impressum typis Claromontanis Czest. 1717.

70. Blasius Koller. Ter electus provincialis Sveviae. Obiit anno 1718. Rothaldiae. Conscripsit Beati Cunonis miracula et beneficia N<sup>o</sup> 565. in duos libros digesta, ut refertur in Actis generalibus tom. 8. pag. 118. (Kézirat.)

71. Nicolaus Junievich. Polonus. S. Th. D. et ius provinciae subinde definitor. Composuit Panegyricon de Beata Virgine Claromontana sub titulo: Augurium sortis Beatae ab archithaumaturga etc. impressum typis Claromontanis Czest. 1718.

72. Anselmus Klampsl. Austriae quondam provincialis. Obiit anno 1731. 21. Octobris in M. Trost. Edidit:

a) Synopsim de origine et gratiis Beatae Mariae Virginis Thallensis, idiomate germanico.

b) Panegyrim funebrem in exequiis episcopi Neostadiensis Francisci a Bucheim anno 1718. habitam, idiomate germanico.

73 Alexander Macsaly. Hungaro-slavus. Obiit in Thall, anno 1722. 31. Januarii. Edidit Conciones in Dominicas per annum idiomate slavonico, sub titulo: Panes Primitiarum, impressas anno 1718. Tyrnaviae, dicatas comiti Adamo a Kollonich. Habetur Lepoglavae.

74. Anonymus quidam ex patribus Claromontanis composuit Panegyrum sub titulo: Thronus agno Szanieviano, dicatum Celsissimo Principi Constantino Szaniavszki episcopo Cracoviensi,

et elogiali stylo concinnatum, editumque typis Claromontanis Czest. anno 1721.

65. Andreas Kollenich. Hungarus. S. Th. D., et aliquando vicarius generalis. Obiit anno 1734. 22. Augusti in M. Thall, aetatis 69. Edidit:

a) Libellum sub titulo: Augusta porta et acta via, impressum Tyrnaviae 1721. Habetur Lepoglavae.

b) Brevem historiam originis s. statuae Thallensis, sub titulo: Thesaurus absconditus.

c) Sermones festivos, sub titulo: Stella triplex, editas typis Tyrnaviensibus, dedicatas Eminentissimo Principi et Primati Hungariae, Cardinali Christiano Augusto de Saxonia. Habetur Lepoglavae.

d) Sermones 28. indifferentes, typis Tyrnaviensibus anno 1722. Habetur Lepoglavae.

e) Libellum de regimine Praelatorum sub titulo: Columba intra et extra arcam, seu Superior religiosus editum Posonii 1724. Habetur Lepoglavae.

f) Opusculum sub titulo: Vita moriens, editum typis Posoniensibus anno 1729. Habetur Lepoglavae.

76. Bruno Janicki. Polonus. Provincialis. Plures insignes Panegyres luce donavit. Obiit anno 1722. 17. Aprilis in Claro Monte Czest.

77. Anonymus quidam edidit Panegyricum sub titulo: Honor et gloria Potoccianae Crucis, nomine coenobii Claromontani dicatum Primati Poloniarum Theodoro Potocki archiepiscopo, Gnesnensibus typis editum anno 1724.

78. Anonymus quidam pater in germanicum idioma transtulit Epitomen patris Goldonovski De origine, translationibus et miraculis Beatae Mariae Virginis Czestochoviensis, impressum Neostadii Austriae, anno 1724. Habetur Lepoglavae.

79. Csusy Sigismundus. Hungarus. Obiit anno 1729. 2. Julii in Laad. Composuit idiomate hungarico Conciones in Dominicas et festa per annum, 4. voluminibus comprehensas, et typis Posoniensibus editas 1724 et 1725. Habetur Lepoglavae in omnibus tomis.

80. Carolus Donner. Austriacus Vienensis. Obiit 1733. Compilavit:

a) idiomate germanico Originem et miracula Beatae Mariae Virginis in Trost, sub titulo: Fama Mariana, edita; quo ad primam partem et septennium impressum anno 1725. typis Neostadiensibus.

b) Hanc Famam Marianam prosecutus est alter Anonymus et edidit tomulum secundum.

c) Hanc eandem Famam prosecutus est tertius Anonymus et edidit tomum tertium typis Graecensibus anno 1743.

81. Thadaeus Dytrinski. Silesius, in Polonia professor et S. Th. D. Edidit aliquot Quaestiones Theologicas cum resolutionibus et argumentorum oppositorum solutionibus anno 1728. typis Claromontanis Czest.

82. Ludovicus Barilovich. Bis ordinis generalis; natione hungarus. Obiit anno 1712. 19. Decembris in M. Thall. Composuit XV. Discursus praedicabiles de s. Josepho ab Arimathaea, posthumis typis editos Posenii 1730. Habetur Lepoglavae.

83. Damasus Perelski. Polonus, Floruit ad annum 1740. Edidit typis Claromontanis Czest. Panegyricum de s. Thoma Aquinate anno 1730., quem eiusdem discipulus frater Joannes Boguslavski peroravit.

84. Innocentius Pokorski, Polonus, et subinde definator generalis. Obiit 1734. die 19. Junii in Claro Monte Czest. aetatis 78. Edidit Compendium Annalium sub titulo: Series vitae ss. Patrum, impressum Varsoviae 1730.

85. Nicolaus Benger. Croatus Crisiensis. S. Th. D. et subinde definator generalis, ac postea provincialis Croatiae bis. Conscriptit:

a) Historiam Beatae Mariae Virginis Dolorosae in loco, dicto Corusca, sub titulo: Regina martyrum, typis Claromontanis Czest. anno 1730, impressam. Habetur Bepoglavae.

b) Secundum volumen Annalium ordinis cum catalogo patrum generalium ordinis, editum typis Poseniensibus anno 1743. Habetur Lepoglavae.

c) *Promptuarium privilegiorum, typis Tyrnaviensibus excusum* 1750. Habetur Lepoglavae.

d) *Inchoavit volumen 3. Annalium, et produxit ad annum* 1639. (Kézirat.)

e) *Chronotaxim monasteriorum ordinis s. Pauli primi eremitaee.* (Kézirat.)

f) *Flores Paulinae solitudinis.* (Kézirat.)

g) *Vindicias Terebessienses.* (Kézirat.)

h) *Monologium Illyricanum, sive Syllabum Divorum ad Illyrium spectantium cum brevibus elogiis martyrii etc.* (Kézirat.)

86. Bruno Choynecki. S. Th. D. *Orationem Panegyricam de s. Thoma Aquinate* edidit, typis Claromontánis Czeſt. anno 1731. — Obiit anno 1753.

87. Petrus Budetich. Croatus, nobilis Ozaliensis. Obiit 1732. 26. Decembris, Remetae. Composuit unum volumen *Catecheseon, seu Sermones Catechisticos.* Fuit zelusus concionator, et prior Kamenskensis. (Kézirat.)

88. Mathias Fuhrmann. Germanus. Provinciae Austriae professus. Edidit:

a) *Vitam s. Pauli primi Eremitae, sub titulo: Decus solitudinis etc. Iconismis illustratam et Viennae idiomate latino et germanico impressam,* 1732. Habetur Lepoglavae.

b) *Historiam veteris et novae Austriae in 4. tomulis, idiomate germanico impressam Viennae* 1734—1737.

c) *Duas partes seu tomulos Historiae Vienensis idiomate germanico impressas anno* 1739. Viennae Austriae.

d) *Historiam sacram de baptismo Constantini Magni et quidem duplici volumine, primo typis Romanis excuso. anno* 1742. Habetur Lepoglavae.

e) *Alteram partem eiusdem Historiae typis Vienensibus anno* 1746. Habetur Lepoglavae.

f) *Libellum sub titulo: Dux viae angelicus ad urbem Romanam, excusum Viennae Austriae* 1749. Habetur Lepoglavae.

g) *Vitam s. Severini Abbatis, idiomate germanico.*

89. Josephus Miller. Provinciae Austriacae alumnus. Styrius Graecensis. Floruit ad annum 1733. In germanicum ver-

tit et spiritualibus lectionibus auxit, ediditque Librum exercitiorum decemdiarium Patris Meislseder, typis Neostandiensibus anno 1733. impressum. Habetur Lepoglavae.

90. **Ladislau s Kummer.** Provinciae hungaricae professor. Obiit 1747; Conscripsit Historiam Beatae Virginis Thallensis, idiomate germanico, sub titulo: Puteus aquarum viventium, quae edita est anno 1734. typis Poseniensibus. Habetur Lepoglavae.

91. **Bruno Ossiecki.** Polonus. S. Th. D., et praedicator celebratus, qui obiit anno 1734. 7. Februarii in conventu Vielunensi. Composuit Conciones in festa Beatae Mariae Virginis, ad typum approbatas anno 1736.

92. **Franciscus Wizigmann.** Sivevus. S. Th. D. et provincialis Rhen. Obiit 1748. Edidit Pium libellum duplicis confraternitatis de angelica tutela, et angelica sequela, sive confraternitatis ss. Angelorum custodum et s. Pauli primi eremitaie in monasterio Langnoviensi erectae, typis Constantiensibus, idiomate germanico, anno 1736.

93. **Chrysostomus Kozbialovich.** Emeritus generalis. Concinnavit Directorium ordinis, impressum 1737. typis Claromontanis Czest. Obiit 1753. 22. Aprilis in Claro Monte Czest. Habetur Lepoglavae.

94. **Anonymus** quidam pater vertit et edidit croatico idiomate Regulam s. P. Augustini pro fratribus laicis cum variis asceticis eorundem instructionibus, typis Zagradiensibus anno 1737. De hoc scriptore omnes scimus, est enim R. P. Chrysostomus Kris, de quo inferius intra libros pure scriptis. (L. 108. sz. a.) Habetur Lepoglavae.

95. **Franciscus Bosli.** Germanus. S. Th. D. et subinde provincialis Austriae. Compilavit:

a) idiomate germanico Manuale congregationis, sub titulo: Beatae Mariae Virginis Consolatricis pro obtinenda felici morte in Mariae Trost erectae. Impressum est Neostadii 1738. Habetur Lepoglavae.

b) Librum sub titulo: S. Paulus primus eremita exemplar perfectionis id est Commentarius in vitam s. Pauli primi eremitaie, impressum Viennae 1746. Habetur Lepoglavae.

c) *Librum alterum De primatu s. Pauli primi ermitae. Habetur Lepoglavae.*

96. *Placidus Ostrovski. Polonus. Vixit in praesenti 1740. Scripsit et finivit stylo elogiali Vitam b. Stanislai Opororii; ut notificavit R. P. Secretorius Poloniae. (Kézirat.)*

97. *Ludovicus Paxi. Hungarus Poseniensis et S. Th. D. Obiit 1751. Composuit Decisiones canonico-morales de sponsalibus sub titulo: Florilegium sponsalium, typis editas Comaromii 1740. Habetur Lepoglavae.*

98. *Anonymus quidam concinnavit variis poëticis artefactis libellum: Festiva aggratulatio die nominis, Illustrissimo et Reverendissimo Domino Georgio Branyugh Episcopo Zagrabiensi a coenobio Remetensi oblata anno 1741. typis Zagrabiensibus editum. Et hunc fecit R. P. Chrysostomus Kris, definator provinciae Croatiae. (L. 108. sz. a.)*

99. *Stanislaus Kielsevski. Polonus. Conscripsit anno 1742. Historiam Beatae Mariae Virginis Lesnensis. (Kézirat.)*

100. *Josephus Nunkovich. Provinciae Hungaricae. Miracula Beatae Virginis Thallensis cum origine s. statuae, sub titulo: Puteus aquarum viventium a s. p. Ladislao Kummer germanice conscripta in latinum idioma convertit et Tyrnaviae impressit anno 1742. Obiit anno Domini 1755. 21. Februarii. Habetur Lepoglavae.*

101. *Franciscus Orosz. Hungarus. Conscripsit:*

a) *Anno 1742. idiomate hungarico Historiam Beatae Virginis Thallensis.*

b) *Synopsis Annalium ordinis s. Pauli primi ermitae, typis Soproniensibus excusam anno 1747.*

102. *Ignatius Martinchevich. Croatus. Obiit 1743. Remetae, 22. Januarii. Composuit ad typum paratas Conciones quadagesimales et plures alias per festa ac dominicas anni. (Kézirat.)*

103. *Gerardus Dongi. Hungarus. S. Th. D. Edidit:*

a) *Typis Tyrnaviensibus anno 1743. pium libellum precatorium (tacito suo nomine) sub titulo: Pietas quotidiana.*

b) *Typis Poseniensibus anno 1747. libellum, titulum: Funiculus triplex ex diversis ss. Patrum sententiis, piis affectibus,*

ex quibusdam selectis S. C. R. decretis ad ritus missae et officii divini spectantem.

104. *Josephus Bedekovich*. Illyricus, provinciae Croatiae alumnus et definator, subinde generalis.

a) Manuale, vulgari illyrico Ruchna Knisicza patris Kollechani pro usu fratrum laicorum in croaticum convertit, et typis Graecensibus edidit 1744., cum annexa Vita s. P. Pauli et variis devotionibus. Habetur Lepoglavae.

b) Edidit Vitam et natales s. Hieronymi, ecclesiae doctoris, sub titulo: Natale solum s. Hieronymi, ubi multa historico-chronologica de Illyrico., typis Neostadiensibus impressum 1752.

c) Proprium festorum ordinis nostri quoad officium et missas conscripsit 1740. Habetur Lepoglavae. (Kézirat).

105. *Gerardus Jankovich*. Hungarus. S. Th. D. Edidit (celato nomine) Historiam originis et miraculorum Beatae Mariae Virginis Sassiniensis, sub titulo: Novum sidus Hungariae, typis Tyrnaviensibus 1746. excusam. — Eandem R. P. Martinus Sztreska S. Th. D. et Prior Bondorfensis in idioma slavonicum transtulit Tyrnaviae impressam.

106. *Vincentius Nagy*. Hungarus. Eximius praedicator. Obiit anno 1749. Edidit idiomate hungarico aliquot Panegyres funebrales in exequiis virorum illustrium declamatas.

107. *Xaverius Rotter*. Provinciae Poloniae professor, s. Theologiae dein professor. Conscripsit, ut novitiorum magister idiomate germanico praeclarum opus. De origine, translationibus ac miraculis Beatae Mariae Virginis Czestochoviensis, quod anno 1750. typis Wratislaviensibus editum est. Habetur Lepoglavae.

108. *Chrysostomus Kris*. Croatus. Definator provinciae S. Th. D. Obiit 1752. in castello Lobor, 20. Aprilis. Composuit:

a) Cereemoniale, seu Rituale Paulinum. (Kézirat.)

b) Philosophiam peripateticam, Logicam quidem integram; Physicam perficere morte praeventus, non potuit. (Kézirat).

L. 94. és 98. sz. a.

109. *Ignatius Pongracz*. Varanoviensis. Edidit typis Posoniensibus anno 1752. Triumphum Pauli, seu Commentarium historicum de vita s. Pauli primi eremitaee et filiorum eius. Habetur Lepoglavae.

110. *Hilari*o*n Gasparotti*. Croatus, concionator monasterii Lepoglavensis anno 1752. Composuit:

*a*) *Vitas sanctorum*, idiomate croatico, quarum prima pars impressa est Graecii 1752. Habetur Lepoglavae.

*b*) *Secundam partem Vitae Sanctorum*, hoc anno 1755. imprimendam Deo favente. Habetur Lepoglavae.

*c*) *Crisii*, librum impressione dignum *De suprema grammaticae classe, una cum Orthographia, Prosodia et modo conscribendarum epistolarum*. (Kézirat).

*d*) *Ex eodem libro Synopsim pro iuventute extraxit*. (Kézirat).

*e*) *Sufficientia exercitia scholastica pro media suprema grammaticae classe per integrum annum in 120 argumentis*. (Kézirat).

*f*) *Opus simile pro secundo anno*. (Kézirat).

*g*) *Opus tertium simile pro tertio anno*. (Kézirat).

*h*) *Regulam scholasticis ab adm. rev. P. Provinciali Nicolao Bengier et Reverendissimo Patre Generali Andrea Musar approbatam*. Kézirat).

*i*) *Actus comicos in unum concinnavit plures; quae omnia opera distinctis libris, compacta in gallica compactura Crisii reliquit*. (Kézirat).

*j*) *Originem statuae, translationem et miracula Beatae Mariae Virginis Veternicensis*. (Kézirat).

*k*) *Sacram Scripturam in croaticum vertere caepit*. (Kézirat).

111. *Sigismundus Pinny*. Vicarius provinciae Istriacae et modo provincialis. Edidit typis Labacensibus anno 1753. *Syntagma Theologico-canonicum de Sponsalibus*.

112. *Thomas Aquinas Sztooz*. Croatus Crisiensis; praedicator laudatus. Obiit Szveticae 1755. 14. Januarii. Composuit:

*a*) *Discursus praedicabiles super Dominicas per annum*. (Kézirat).

*b*) *Discursus festivos per annum sub titulo: Columba simplex illuminans et docens viam salutis*. (Kézirat).

*c*) *Discursus 58. catecheticos, quibus exponitur oratio Dominica, Salutatio Angelica et Symbolum apostolicum, sub titulo: Doctrina christiana, discursibus cateheticis exposita*. (Kézirat)

113. *Anonymus*. Croatus, idiomate illyrico vertit pium libellum, cui titulus: *Stimulus compunctionis*. Servatur Lepoglavae (Kézirat.)